Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ego autem sicut oliua fructificans in domo dni speraui in misericordia dei mei et expectabo nomen tuum quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. Ps. Quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate.

Oremus. Omnipotens deus, ecclesiam beati apli tui sollempnitate congaudere precantur honore, et ueneratione dignam celebrare deuotione.

Beatus uir qui lapsus est. Y. Inuentus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speranit in pecunia sua. Quis est hic et laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in uita sua. Qui probatus est in illo et perfectus inuentus est. et erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi, et non est transgressus. et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino. et eleemosinas illius enarrabit omnis ecclesia.

Benedicto lapsus, letor, dni super caput iusti. ideo dedit illi hereditatem et diuisit ei partem in terribus quoniam et inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore sanctorum. et in uerbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum. et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum. et elegit eum ex omni carne. Audiuit eum et audiuit precepta et legem uite et disciplinae. et exaltauit eum fecit illum. Statuit ei testamentum eternum. et induit eum ornamentis glorie. Gre. Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dni. Y. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam et ueritatem tuam per noctem. Sancti spiritus.

Nullo t. D. i. d. s. Ego sum uitis uos palmites. Qui manet in me. et ego in eo. hic fert fructum multum. quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet. et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint quodcumque uolueritis petetis et fiet uobis. In hoc clarificatus est pr meus. ut fructum plurimum afferatis. et efficamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr et ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si p